



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 54. Balves Cardinalis, & Virodunensis Episcopus capti

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

Sæcul. XV. se ejusdem inimicum opere & calamo profiteri. Quorumdam Historicorum fi-
A.C.1469. de discimus, Ducem, cum adeo turpiter se delusum cognosceret, inter juges lacri-
mas secunda vice genibus Ludovici sese advolvisse, sed a Rege mox surgere jussum;
Ilo abhinc tempore ambo fratres in mu-
tuos amplexus ruebant, atque haud ob-
scuras sincerae amicitiae significationes dabant, Ludovicus quoque Bituricum
Ducem amica vi compulit, ut ad Regis curiam reverteretur, ibidemque pristi-
num dignitatis suæ gradum rursus obti-
neret. His ita peractis, solutoque col-
loquio ambo ad sua reversi sunt.

§. LIV.

*Balves Cardinalis, & Virodunensis
Episcopus capti.*

Papiens.
Comment.
l. 7.

A deo manifesta erat proditionis nequitia, ut ab illius Architecto Balve Cardi-
nale publicas juxta ac severissimas posce-
re poenas videretur. Quare Ludovicus
Cardinalem unacum Guilielmo Haro-
curtio Virodunensi Episcopo, quem Bal-
ves sibi in perfidiæ consortium adscive-
rat, comprehendendi, illumque ad mon-
tem Basonem, Episcopum vero ad Ba-
stillam in carceres detrudi jussit. Car-
inalis, quæstione instituta, potissima, de
quibus accusabatur, crimina his pene
verbis

verbis fatebatur : Me utriusque Epi- Sæcul. XV.
stolæ, quæ intercepta fuit, auctorem ex- A.C. 1469.
titisse haud diffiteor, ad hanc vero perfidi-
diam aduersus Regem concitavit me im-
minutæ auctoritatis meæ toedium ; hanc
ob rem totus in eo eram, ut Burgun-
diæ Dux Regi semper terrori esset, ac
continuis ab eo abstraheretur dissidiis ;
præterea eidem Ludovico Regi meo au-
ctor fui, ut Peronensem adiret congres-
sum ; inde enim sperabam, capitales u-
triusque Principis inimicitias facile au-
gendas ; me quoque dictante, propugnac-
pacis conditiones ibidem sancitæ fuerunt ;
meo etiam consilio ac instinctu Burgun-
diæ Dux Galliarum Regem adegit, ut
eum Leodium usque comitaretur, ac
Leodiensium, quos sibi semper addictissimos
habebat, excidii oculatus testis
esset. Hæc, quæ Cardinalis ultro fassus
est, ad Regem referebantur, & quamvis
sufficerent, ut juxta legum præscripta
condemnari potuisset, nihilominus Rex
duos ex Senatu regio Juris consultos se-
legit, eosque Romam ad Pontificem mi-
sit, qui postularent, ut coram delegatis a
Sede Apostolica judicibus in Francia reus
Cardinalis in jus vocaretur.

§. LV.